Tenoꝛ bulle apoſtolice aduer ſus hereſim maleficarum cum approbatōne ꝛ ſubſcriptōne doctoꝛum alme vniuerſitatis Colonieñ. in ſequentē tractatū. Incipit feliciter.

Innocentius epūs ſeruus ſeruoꝝ dei Ad futuram rei memoꝛiam. Sūmis deſiderantes affectibus pꝛout paſtoꝛalis ſollicitudinis cura requirit. vt fides catholica noſtris potiſſime tēpoꝛibus. vbiqʒ augeatur ꝛ floꝛeat ac omīs heretica pꝛauitas de finibus fidelium pꝛocul pellatur ea libenter declaramus. ac etiam de nouo cōcedimus. per que hmōi pium deſiderium noſtrum votiuū ſoꝛtiatur effectum. cūctiſqʒ propterea ꝑ noſtre operationis miniſteriū. quaſi ꝑ pꝛouidi operatoꝛis ſarculum erroꝛibus extirpatis eiuſdem fidei zelus. ꝛ obſeruantia in ipoꝛum coꝛda fidelium foꝛtius impꝛimatur. Sane nuper ad noſtram non ſine ingenti moleſtia peruenit auditum ꝙ in nōnullis partibus Alemanie ſuperioꝛis. necnon in Moguntineñ. Colonieñ. Treuerenſi. Saltzburgeñ. et Bremeñ. pꝛouinciis. ciuitatibus terris. locis et dyoceſibus. quāplures vtriuſqʒ ſexus perſone pꝛopꝛie ſalutis immemoꝛes et a fide catholica deuiantes cum demonibus incubis et ſuccubis abuti. ac ſuis incantationibus carminibus et cōiurationibus aliiſqʒ nephandis ſuperſtitiis et ſoꝛtilegiis exceſſibus criminibus et delictis. mulierū partus. animaliū fetus. terre fruges. vinearum vuas et arboꝛum fructus. necnon homines mulieres. iumenta pecoꝛa. pecudes et alia diuerſoꝛum generum animalia. Vineas quoqʒ pomeria pꝛata paſcua. blada. frumenta et alia terre legumina perire ſuffocari. et extingui facere et pꝛocurare. ipaqʒ homīes mulieres. iumenta. pecoꝛa pecudes et animalia diris tam intrinſecis q̄ʒ extrinſecis doloꝛibus et toꝛmentis afficere et excruciare ac eoſdem homines ne gignere. et mulieres ne concipere. viroſqʒ ne vxoꝛibus. et mulieres ne viris. actus cōiugales reddere valeant impedire. Fidem preterea ipam quam in ſacri ſuſceptione baptiſmi ſuſceperūt oꝛe ſacrilego abnegare. Aliaqʒ quāplurima nefanda. exceſſus et crimina inſtigante humano generis inimico cōmittere et perpetrare non verentur. in animarum ſuarum periculum diuine maieſtatis offenſam. ac ꝑniciosum exēplum ac ſcandalum pluri moꝛum. Quodqʒ licet dilecti filii Henrici Inſtitoꝛis in pꝛedictis partibus Alemanie ſuperioꝛis. in quibus etiam ꝓuincie. ciuitates. terre. dyoc̄. et alia loca huiuſmōi compꝛehenſa foꝛe cen

ſentur.necnon Jacobus ſprenger per certas partes linee rheni ordinis
fratrum predicatorum et theologie profeſſores heretice prauitatis in-
quiſitores per litteras apoſtolicas deputati fuerint. prout adhuc exi-
ſtunt tamen nōnulli clerici et layci.illarum partium querentes plura ſa
pere q̃ȝ oporteat pro eo ꝙ in litteris deputatōnis huiuſmōi prouincie.
ciuitates dyoc̄.terre et alia loca predicta illarumqȝ perſone ac exceſſus
hm̄oi.noīatim et ſpecifice expͥſſa nō fuerūt.illa ſub eiſdē ꝑtibꝰ mīime cō
tineri.et ꝓpterea p̃fatis inq̇ſitoribuſ in ꝓuintijs ciuitatibꝰ.dyoc̄.terris ⁊
locis predictis. huiuſmōi inquiſitionis officium.exequi non licere et ad
perſonarum earūdem.ſuper exceſſibus et criminibus antedictis puni-
tionem.incarcerationem.et correctionem admitti non debere pertina-
citer aſſerere non erubeſcūt. Propter quod in prouincijs ciuitatibus.
dyoc̄.terris et locis predictis exceſſus et crimina huiuſmōi nō ſine ani-
marum earūdem euidenti iactura et eterne ſalutis diſpendio remanēt
impunita. Nos igitur impedimenta quelibet que per ipſorū inquiſito-
rum officij executio.quōdolibet retardari poſſet de medio ſubmouere.
et ne labes heretice prauitatis aliorūqȝ exceſſuū huiuſmōi in pernitiem
aliorum innocentum ſua venena diffundat.oportunis remedijs prout
noſtro incumbit officio prouidere volentes.fidei zelo ad hoc maxime
nos impellente.ne propterea contingat. Prouincias ciuitates dyoce.
terras et loca predicta ſub eiſdem partibus Alemanie ſuperioris debi
to inquiſitionis officio carere eiſdem inquiſitoribus in illis officium in
quiſitionis huiuſmōi exequi licere.et ad perſonarum earūdem ſuper ex
ceſſibus et criminibus predictis correctionem.incarcerationem et pu-
nitionem admitti debere. Perinde in omnibus et per omnia.acſi in lit
teris predictis prouincie ciuitates dyoce terre et loca ac perſone ⁊ exceſ
ſus huiuſmōi nominatim et ſpecifice expreſſa forent auctoritate apoſto
lica tenore preſentium ſtatuimus. Proqȝ potiori cautela.litteras ⁊ de
putationem predictas.ad prouincias ciuitates dyoce terras et loca nec
non perſonas.et crimina huiuſmōi extendentes. Prefatis inquiſitori-
bus.quod ipi et alter eorum.accerſito ſecūȝ dilecto filio Johāne grem
per.clerico Conſtañ.dyoce.magiſtro in artibus eorum moderno.ſeu
quouis alio notario publico.per ipos et quemlibet eorum pro tempo-
re deputando in prouincijs ciuitatibus dyoce terris et locis predictis.
contra quaſcūqȝ perſonas.cuiuſcūqȝ conditionis et p̄eminentie fuerint
huiuſmōi inquiſitionis officium exequi.ipſaſqȝ perſonas quas in pre-
miſſis culpabiles repererint.iuxta earum demerita corrigere incarce-
rare.punire.et mulctare. Necnon in ſingulis prouinciarum huiuſmōi
parrochialibus eccleſijs verbum dei fideli populo quotiens expedierit

ac e'is viſum fuerit proponere et predicare om̄iaqȝ alia ⁊ ſingula in pre-
miſſis et circa ea neceſſaria et oportuna facere et ſimiliter exequi libere
et licite valeant plenam ac liberam eadem auctoritate de nouo conce-
dimus facultatem. Et nihilominus venerabili fratri noſtro Epiſcopo
Argentineñ. per apoſtolica ſcripta mandamus quatenꝰ ipe per ſe vel
alium ſeu alios premiſſa. vbi quando et quotiens expedire cognouerit.
fueritqȝ pro parte inquiſitorum huiuſmoi. ſeu alterius eorum legitime
requiſitus ſolenniter publicans. non permittat eos per quoſcūqȝ ſuper
hoc contra predictarum et preſentium litterarum tenorem quauis au-
ctoritate moleſtari. ſeu alias quōdolibet impediri. moleſtatores et im-
pedientes et contradictores quoſlibet et rebelles cuiuſcūqȝ dignitatis.
ſtatus. gradus. ꝑeminentie nobilitatis et excellentie aut cōditionis fue-
rint et quocūqȝ exemptionis priuilegio ſint muniti. Per excōmunica-
tionis ſuſpenſionis et interdicti. ac alias etiam formidabiliores. de qui-
bus ſibi videbitur ſententias cenſuras et penas. om̄i appellatione poſt-
poſita compeſcendo et etiam legitimis ſuper his per eum ſeruandis ꝓ-
ceſſibus ſententias ipas quotiens opus fuerit aggrauare et reaggraua-
re auctoritate noſtra procuret. Inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio
brachij ſecularis. Non obſtantibus premiſſis ac conſtitutionibus ⁊ or-
dinationibus apoſtolicis contrarijs quibuſcūqȝ. Aut ſi aliquibus cō-
muniter vel diuiſim ab apoſtolica ſit ſede indultum. ꝙ interdici. ſuſpen-
di. vel excōmunicari non poſſint per litteras apoſtolicas. non facientes
plenam et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmoi mē-
tionem. et qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cu-
iuſcūqȝ tenoris exiſtat per quam preſentibus nō expreſſam. vel totali-
ter non inſertam effectus huiuſmoi gratie impediri valeat quōdolibet
vel differri. et de qua cuiuſqȝ toto tenore habenda ſit in noſtris litteris
mentio ſpecialis. Nulli ergo om̄ino hominum liceat hanc paginā no-
ſtre declarationis. extenſionis conceſſionis et mandati infringere. vel
ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſe-
rit indignationem om̄ipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apo-
ſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rhome apud ſanctum
Petrum. Anno incarnationis dominice Milleſimo quadringenteſi-
mo octuageſimoquarto. noñ. Decembris. Pontificatus noſtri. Anno
primo.